Qua causa vel initio constitutus sit ordo Cysterciensis.

In episcopatu lingonensi situm noscitur esse cenobium nomine molismus, fama celeberrimum religione conspicuum. Hoc ex sui exordio magnis sub brevi tempore divina clementia sue gratie muneribus illustravit. Viris illustribus nobilitavit nec minus amplum possessionibus quam clarum virtutibus reddidit. Ceterum quia cum possessionibus virtutibus diuturna non solet esse societas. Hoc quidam ex illa sancta congregatione viri nimirum sapientes altius intelligentes elegerunt potius studiis celestibus occupari quam terrenis implicari negotiis. Unde et mox loci amatores de paupertate fecunda virorum cogitare ceperunt. Simulque advertentes ibidem etsi sancte honesteque viveretur minus tamen pro sui desiderio atque proposito ipsam quam professi fuerant regulam observari. loquuntur ad alterutrum quod singulos movet. pariterque inter se tractant quomodo illud versum adimpleant. Reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Quid plura? xxi. monachi una cum patre ipsius monasterii beate memorie Roberto egressi communi consilio communi nituntur perficere assensu quod uno conceperant. Igitur post multos labores. post nimias difficultates quas omnes in christo pie vivere volentes pati necesse est tandem desiderio potiti. Cistercium devenerunt. locum tunc scilicet horroris et vaste solitudinis. Sed milites christi loci asperitatem ab arto proposito quod iam animo conceperant non discedere iudicantes. ut vere sibi divinitus preparatum. tam gratum habuerunt quam carum propositum.

Anno igitur ab incarnatione domini millesimo. xc. viij. Cistercii venerabilis Hugonis lugdunensis ecclesie archiepiscopi sedis apostolice tunc legati. et religiosi viri Walteri cabilonensis ecclesie episcopi. necnon et clarissimi principis odonis burgundie ducis freti consilio. auctoritate roborati. inventam heremum in abbatiam construere ceperunt. prefato abbate Roberto ab illius dyocesis episcopo videlicet cabilonensi curam suscipiente virgamque pastoralem. ceteris sub ipso firmantibus stabilitatem. At vero post non multum temporis factum est ut idem abbas Robertus requirentibus eum monachis molismensibus. pape urbani scilicet iussu cabilonensis episcopi licentia et assensu molismum reduceretur et Albe-

nec uir' religioſ' et ſcõs in ipĩ loco ſbſtituerint. hoc ſane in
utramq; cẽtam ſequeſtere pacis grã decreto ⁊ apoſtolica
aũcte firmato. ubi ex eo iam tẽpe uenit illaꝝ utriuſlibȝ
mõchos ad habitandũ ſine cõmendatõne regłari ſuſcipe.
Mõ ſcõ nouũ mõſtiũ nouo patris ſollicitudine ⁊ induſtri
a in breui nõ mediocrit' deo cooꝑante ⁊ ſcã ↄuſatõne
ꝓfecit. opinione claruit rebȝ neceſſariys creuit. Sȝ uir
dei Albic' ſupne uocatõis brauiũ ad quod ibidẽ ꝑ ix.
annos nõ inanĩ cucurrit x̄ apphendit. Cui ſucceſſit
dõn' ſtephan' hõ natione Anglic'. religionis. paupertatis. diſci
pline q; amator ardentiſſim'. fideliſſim' emulator. In h' uõ
diebȝ uerũ eẽ patuit qd ſcptũ ẽ. Oculi dñi ſup iuſtos ⁊
aures ei' ĩ p̃ces eoꝝ. Nam cũ puſillus grex hoc ſolum
plangeret. qd puſill' eet. h' ſolũ in qñ metuerent ⁊ me
tuerent pene uſq; ad deſperatione. xpi paupes ſuẽ ſe ñ
poſſe relinque paupertatis hẽdes. uicinis quippe homi
nibȝ uite quidẽ in eis honorantibȝ ſcitatẽ. ſȝ horrentibȝ
auſteritatẽ. ⁊ ita reſilientibȝ ab eoꝝ imitatõne quibȝ ad
ꝓpinquabant deuotõne. Sȝ cui facile ẽ de exiguis mag
na de paucis facere multa. multoꝝ ꝑter ſpem ad ipſoꝝ
imitatõnẽ excitauit corda. ita ut icella ꝓbandi noui
cioꝝ tam clerici qm laici ⁊ ipi ſcdm ſeclm nobiles atq;
potentes. xxx. ſimul cohabitauerint. Ex qua celica uiſitatõe
tam ſubita tam leta. letari nõ inmerito iam tandẽ cepit
ſterilis que nõ pariebat. qm multi facti ſunt deſerte filij. Nec
ceſſauit ei ds in dies multiplicare gentẽ. magnificare leti
ciam. dom' tam de ſuis qm filijs filioꝝ ſuoꝝ. xx. infra annos
circit'. xij. de ſolis patribȝ monaſterioꝝ tamq; nouella oli
uarũ in circuitu menſe ſue leta pat'. leta mat' conſpiceret. Nõ
enĩ arbitrata ẽ incongruũ. ſi ſcĩ patris Benedicti amplec
tebat' inſtituta. imitaret' ⁊ exempla. Porro a pncipio
cũ nouos in ramos nouella cepiſſȝ uit' pullulare planta
cio. uenabilis pr ſtephan' ſagacitate ꝑuigili mire ꝓuide
rat diuiſionis ſcptũ. tamq; putatõis ferramentũ. ad preciden
dũ uidelicȝ ſciſmatũ ſurculos qui qñ ſuccreſcentes mutue

patris exordium proferre poterit fructum. Unde et scriptum illud cartam caritatis competenter voluit nominari, quod ea tantum que sunt caritatis tota eius series redoleat, ita ut pene nil aliud ubique sui prosequi videatur, quam neminem quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Hec quidem carta sicut ab eodem patre digesta et a prefatis xx. abbatibus confirmata sigilli quoque apostolici auctoritate munita est. latius continet ea que diximus, sed nos summam tantum eorum hic breviter perstringemus.

Anno ab incarnatione domini M. XC. VIII. Cistercium conditur.
Anno domini M. C. XV. Claravallis fundatur.
Anno domini M. C. XXXIIII. Claustrum de Hemenrode construitur.
Anno domini M. C. LXXXVIII. Vallis sancti Petri que heysterbach dicitur.
Anno domini M. CC. XII. locus sancte Marie editur. Edificatur

Ista sunt requirenda ab eo qui est ad ordinem recipiendus.

Primo si sit persona libera. Item si habeat aliquam occultam et notabilem infirmitatem. Item si sit aliquo voto reus quod per ordinem non possit deleri, sicut votum coniugii et cetera. Item si sit obligatus alicui debito vel si habeat aliquis aliquam causam gravem contra eum. Item si sit de legittimo thoro vel habeat aliquem defectum membrorum. et secundum statum suum poterunt et alia requiri dum fuit necesse.

Forma professionis.

Ego frater N. laicus vel clericus vel acolitus vel subdyaconus vel dyaconus vel sacerdos promitto stabilitatem meam et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram deo et beatis martiribus quorum reliquie hic habentur et omnibus sanctis in hoc loco qui vocatur claustrum ordinis Cysterciensis constructo in honore beatissime dei genitricis semperque virginis. Marie R. I. E. in presentia domini N. abbatis.

De abbate.

Abbas debet primum et proprium locum in dextro choro habere. orationes